paſſioniſ eiuſ trecentiſ denariiſ aeſtimaſ· ſed paſſionẽ eiꝰ
triginta denariiſ uendiſ; Diueſ in aeſtimatione· uiliſ
in ſcelere; Ergo non omneſ eodem p̄tio emunt xp̄m;
Alio emit fotinuſ qui ad mortẽ emit; Alio arrian̄·
qui emit ad iniuriam; Alio catholicuſ· qui emit ad
gloriam; Sed emit ſine pecunia· ſecundum quod ſcri
ptum ē· qui non hab& pecuniam· emat ſine pr&io;
Non omneſ inquit· qui dicunt mihi dn̄e dn̄e· intrabunt
in regnum cęlorum; Et ſimul ſe nominant xp̄ianoſ·
nomen uſurpant· non omneſ mercedem habent·
Et cain obtulit ſacrificium· & iudaſ accepit oſculū·
ſed audiuit· Juda oſculo filium hominiſ tradiſ·
hoc ē amoriſ pignore ſceluſ impleſ· & pacíſ inſtru
mento· odia ſeriſ· & caritatiſ officio mortẽ irrogaſ·
Ergo nec arriani· ſibi uſurpato nomine blandiantur·
quia xp̄ianoſ ſe eē dicunt; Reſpondebit hiſ dn̄ſ;
Nomen meum p̄tenditiſ· & ſubſtantiam denegatiſ;
Sed non agnoſco nomen meū· ubi non ē mea ſempit̄na
diuinitaſ; Non ē nomen meū q̄d a patre diuiditur·
a ſp̄u ſeparatur; Non agnoſco nomen meū· ubi n̄
agnoſco doctrinam meam; Non agnoſco nomen

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. p.%20201 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0102/p.%20201)